rabili veri DEI. *Potentia prodijt? qualiter ſe defendet contra hoſtes Marianos? nullus dubito: quin ſint futuri nonnulli, qui ad inſtar Draconis Apocalyptici adlaborabunt, hunc Neopartum Cœleſtis Mulieris deuorare, & ſupprimere: cum tamen ſit in manu Zorobabel: quod nomen à S S. Patribus, ex Hebræo, Chaldæo, & Græco in latinum tranſportatum, non aliud ſignificat, quàm* ALIENVS A CONFVSIONE, *id eſt* LAPIDEM *noſtrum eſſe extra omnem errorem, & ſuperſtitionem: æquum itaque iudicaui, Miraculum tantum, Cuſtodiæ Armorum* SVÆ ILLVSTRISSI. CELSSITV. *conſignare:* CVI *facile erit Honorem præcelſæ Virginis* MARIÆ *tueri: vtpote* QVAE *Gladio fœliciſsimè ſemper libertatem ſubditorum defendit, ac conſeruauit: nam ſi referente Chriſtophoro Bronzino, pro vnione quem ſalſum mare generauit, duo Reges Ægypti octoginta annis bellum habuêre, quanto magis filys Mariæ, honor Matris propugnandus? & quidem à* CATHOLICO *illius*

Apoc: 12. v. 5.

Chriſtoph: Bronci in ſua ſept: de laud: mul: